69-5-A-2.

31

Jacobi Lopidis Stunicae Itinerarium ab Hiſpania vſqꝫ ad vrbem Romanā in quo multa varia ac ſcitu digniſſima cōtinent.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nobilitas ſola eſt atqꝫ unica uirtus.

68.5. A. 2

Scipio Bongallus Romanus ad Lectorem.

QVantus ſit Stunica eruditione
Quantus ſit latia atticaq; muſa
Iam licet pateat ſatis ſuperq;,
Iter plus tamen hoc ſuum indicabit
Quo dum Romulidas adire pergit,
Et rerum dominam uidere Romam,
Exorſus patrio a ſolo uſq; ad urbem,
Intactum nihil obuium reliquit.
Multæ frugis opus, ſui parentis
Dignum nobilitate/gente/dignum
Hiſpano ingenio, elegantiaq;.
Ergo plurima noſſe ſi requiris
Et doctus fieri ſitu locorum,
En cultis Stunicæ ſtudeto chartis
Totum abſtemius & dato Decembrem.
Montes/oppida/templa/flumina/urbes/
Noui quicquid ubiq; ſeu uetuſti
Et ſacrum ſimul & ſimul profanum
Abſenti tibi ſcire nam licebit
Et recte procul ęſtimare cuncta,
Imbibeſq; ſtilum uberem elegantem
Darent flumina Tulliana qualem
Qualem Pierides darent puellæ.
Ergo plurima noſſe ſi requiris,
Et doctus fieri ſitu locorum,
En cultis Stunicæ ſtudeto chartis
Totum abſtemius & dato Decembrem.

IACOBI LOPIDIS STVNICAE Itinerarium ab oppido Complutẽſ Toletanæ prouinciæ ulterioris Hiſpanię uſq; ad urbẽ Romanam ad Ioannem Stunicam fratrem diui Iacobi auratum equitem feliciter incipit.

CVM ex Hiſpania in Italiam ꝓficiſceremur ea pręcipue cauſa ut Romanam cu riã uiſeremus, illud in primis animo in ſedit, ne iter pfunctorie ageremus (quod pleriq; mortalium facere ſolent ad metam tantũ properantes) ſed ut regiones ipſas urbiũq; ſitus ſumma diligentia cõtemplantes, ſi quid ad pietatem antiqui taté ue pertinens noſtris ſeſe oculis obiter obtuliſſet: in litteras mitteremus. Quęcunq; igitur annotatu di gna eo itinere nobis uiſa ſunt, breui libello colligere decreuimus, ęaq; ad te frater amantiſſime mittere quod rerũ eiuſcemodi nõ incurioſus eſſe ſoleas, cuius rei argumento ſunt uaria epigrãmata & antiquitatis indagines, quę ad nos ſi quando peregre ꝓficiſcebaris domũ rediens deferre cõſueuiſti. Leges itaq; Itine rariũ hoc noſtrũ eo uultu quo reliqua ab ingenio no ſtro profecta legere ſoles: rediturſq; in patriam noſtri ſimiles cõmentarios expectato: qui longiores fortaſſe erunt & accuratiore ſtilo digeſti. Hęc .n. in transcur ſu, & quaſi aliud agentes celeriter cõſcripſimus, hiſto

ricę potius ueritati quã eloquentiæ ſeruientes. Quãq̃ ipſa terrarũ locorumq; deſcriptio facundiæ minime capax orationem noſtrã ſi minus ornata quã expecta bas in mediũ prodierit: facile excuſabit. Vtrum autẽ aliquid opere precii hoc ſcriptionis genere fecerimus ex narratione ipſa quã ſtatim auſpicabimur poteris iudicare: quę fieri nequaq̃ poteſt ne plurimũ uolupta tis & tibi afferat, & reliquis qui uariarũ ignotarũq; rerum cognitione delectantur.

Complutũ. Carthago noua.

IGitur ex Cõpluto Toletanæ eccleſiæ oppido p celebri diſcedẽtes Carthaginẽ nouã deuenimus tertio nonas Septẽb. anni do. M.D.XX. Erat Car thagini Illuſtriſſimus princeps Ludouicus a Cordu ba Sueſſanus dux cũ pclariſſima fęminarũ Geloyra uxore Conſali Ferrantis magni Hiſpanoꝝ ducis filia & herede in Parthenopęum regnũ ad dotales ciuita tes uiſendas claſſe ad id parata proxime traiecturus. Qua ex re portũ Carthagineñ mari iter acturi prę cę teris Hiſpaniæ portubus delegimus quo & tantum comitaremur principẽ; ſimul etiã ut piratarũ incur ſiones quæ mare noſtrũ infeſtum frequenter reddũt tutiſſima nauigatione deuecti facile poſſemus deui tare. Quã uero honorifice a Ludouico duce fuerimus excepti, quanta liberalitate ac munificentia nos fue rit proſequutus: tu ipſe optimus teſtis es, qui eo tem pore ab Illiberritana ciuitate quo ex regia curia fue ras profectus, Carthaginem ad eundem principem

uiſendum ſalutandũq; uenisti. Ex Compluto autem Carthaginem uſq; nihil memoratu dignũ uidimus pter Cincilliam urbem loco ędititiſſimo ſitam, & Mur gitanam ciuitatē in pulcherrima & ameniſſima pla- nicie ædificatam quã amnis Secura a meridie pręter labitur. Portum autē Carthaginenſem, urbis ſitum, antiquitatis monumenta, quę plurima adhuc extãt, ipſe mecũ pariter conſpexiſti, ueraq; re ipſa probaui- mus, q̃ & Strabo & Liuius de Carthagine noua pro- didere. Ad orientalem urbis partem theatrũ penitus iam collapſum perſpeximus: ad occaſum uero ueſti- gia longiſſimi aquæ ductus. Rurſus ad orientē ſpa- cio paſſuũ mille, romanoꝝ ſepulchra uidimus. Tur riculæ erant pyramidũ inſtar fabricatę, quarũ una integra adhuc uiſitur albis ac nigris lapidibus opere teſſellato fabricatæ, in quarũ ſummitatibus mortuo rum cineres ſeruabantur. Vidimus pręterea marmo- reos lapides cõplures epigrãmatibus inſculptos par- tim integros, partim etiã confractos, ſed ille præcęte ris memoria dignus nobis eſt uiſus, quē portæ arcis eiuſdem urbis pro ſuperiori limine poſteritas poſuit. Lapis eſt oblongus clariſſimis ac nulla uetuſtate con ſumptis litteris ad hunc modum inſcriptus.

Cincillia. Murgi. Secura fl.

L. AEMILIVS M. F. M. NEP. QVIR. RE- CTVS DOMO ROM. QVI ET CARTHA GINENSIS ET SICELLITAN. ET ASSO- TAN. ET LACEDAEMON. ET ARGIVVS

ET BASTETANVS SCRIB. QVAESTORI
VS SCRIB. AEDILICIVS CIVIS ADLEC-
TVS OB HONOREM AEDILITATIS
TESTAMENTO SVO FIERI IVSSIT.

¶Ex Carthagine autē ſoluētes quinto Calen̄. Octob. triduo poſt Ebuſitanum portū tenuimus. Eſt autem Ebuſus quam uulgus Iuiſam uocat, altera ex pytiuſis inſulis unicū eiuſdem nominis oppidum habens loco ęditiſſimo & a mari paſſibus quingentis diſtanti ſitum. Inde egreſſi balearicū mare perlegentes ad littus Barchinonēſe peruenimus. Craſſabatur eo tempore Barchinonę ſeuiſſima peſtis, quæ nobis impedimento fuit, ne totius Hiſpanię urbem nobiliſſimam nobis alioqui ſatis cognitā denuo uiſeremus. In Barchinonen̄ littore, quatriduū peregimus maris tranquillitate detēti, quo tempore uix duo paſſuū millia progreſſi ſumus. Aduenientibus deinde uentis tum ſecundis tum etiā aduerſis per mare diſcurrentes, Rhodopen tandem Emporienſiū oppidulū applicuimus. In quem locum tędio longæ & inutilis nauigationis (dies ſiquidē quattuor & uiginti in mari fueramus) Ludouicus dux cū Geloyra cōiuge deſcendere decreuit, equos ſuppellectilem, impedimenta deniq; omnia, maximāquoq; famulicii partem mari Neapolim pręmittere: nauigationeq; dimiſſa tametſi uix tertia itineris pars fuerat pacta, quod reliquū tn̄ erat pedibus pagere. Ego ut ab initio inſtituerā mari alioqui

Ebuſus.

Barchinōa.

Rhodope.

inſenſus, terreſtri itinere ducẽ uolui comitari. Rhodopæ quattuor & uiginti dies curandis corporibus nautico labore affectis inſumpti ſunt. Inde quarto iduũ Nouemb. diſcedentes per uiam quæ ad Pyreneũ ducit, Peraladã oppidũ peruenimus. Ex Peralada ad uicum qui Iuncaria dicitur uentũ eſt. Eſt aũt Iuncaria ad radices pyrenei ſita. Pyreneũ inde transcendentes, per uias arduas ac pręcipites in oppidum deuenimus Bolonẽ in planicie ex altera pyrenei parte poſitum. Ex Bolone Perpinianũ quod oppidum maximũ ac pulcherrimũ eſt Ruſcinoneñ prouinciæ atq; adeo Cataloniæ totius Barchinona excepta, conceſſimus. Eſt autẽ Perpinianum in dioeceſi Elnenſi uberrima quidem regione frumenti/uini/ & olei feraciſſima ędificatũ, diſtat a mari leucas tm̃ duas, eſtq; orientali plagę totũ expoſitũ. In ęditiore uero oppidi loco occaſum uerſus, arcem habet munitiſſimã cum præſidio armatoꝝ hominũ centum ac quinquaginta Alluitur p̃terea Perpinianũ inſigni flumine ad orientẽ, qđ uulgus Latet uocat: puto aũt id eſſe quod a coſmographis Ruſceno dicitur, unde & ꝓuincia nomẽ accepit. Flumini impoſitus eſt lapideus pons mille paſſuũ longitudiuis. Diſtat a Iuncaria Perpinianum leucas quinq;. In Perpinaneñ. oppido multa memoratu digna cõſpeximus, ſed illud lõge memorabilius quod ſtatim referam. Monaſterium eſt prædicatoꝝ fratrũ ampliſſimũ templum habens, in cuius ſacra-

Peralada. Iuncaria. Bolo. Perpinianũ Ruſceno fl.

rio inter alias ſanctorum reliquias manus ſiniſtra cum
parte brachii beati Ioannis baptiſtę maximo honore
(ut par eſt) aſſeruat̃, ante annos ducentos caſu quo
dam inopinato habita. Peregrinus quidam fuerat ex
orientis partibus ad Iacobi apoſtoli limina in Com-
poſtella uiſitanda iter habẽs, is Perpinianũ ueniens
beatiſſimi præcurſoris prędictam manũ cum parte
brachii quam in capſa quadam lignea ſecũ ferebat,
cũ longius adhuc reſtaret iter, p̃dictis fratribus aſſer
uandã dedit, ea quidẽ lege, ut nemini ſe uno excepto
aliquando redderent: quod ſi ipſum redire non con-
tingeret, præfato monaſterio ab eo tẽpore muneri ob
tulit. Viſus ãplius peregrinus nõ eſt, fato in itinere
conceſſiſſe creditum. Capſa illa in qua tantus theſau
rus ſeruabatur oblonga eſt, in cuius operculo depi-
cta uidetur imago Ioãnis baptiſtæ cũ alis ad modũ
angeli, figurã capitis ipſius p̃curſoris manu tenentis
ſiniſtra, in manu uero dextra formã habentis libri
aperti gręcis inſcripti litteris maiuſculis, ſupra caput
uero & ſubtus pedes alię grecę littere maiuſculę depi
ctę uidentur. Quæ autem ſupra caput ſunt, ad hunc
habent modum ὁ ἅγιος ἰωάννης ὁ μάρτυρ. ideſt ſanctus
Ioãnes martyr. Quæ uero in libro deſcriptæ apparẽt
quem manu ſiniſtra prędicta imago geſtare uide-
tur ſic habent, φωνᾶ πρόδρομος ὑπηρέτης τοῦ λόγου,
Μετανοεῖν διὶχνοῖ φύσιν βροτείαν. Senarii ſunt uerſiculi
hęc ad uerbũ ſonãtes. Clamat p̃curſor miniſter uerbi

pœnitere mõſtrat naturã humanã. Quę uero ſubtus pedes ſunt litteræ in hanc ſententiã leguntur, τί σε καλέσωμεν προφήτην, ἄγγελον, ἀπόστολον, ἢ μάρτυρα; ideſt Quid te uocabimus ꝓphetã, angelũ, apľum, an martyrẽ? In fronte uero ꝓdictæ capſæ ſequentes ſenarioli lr̃is & ipſi maiuſculis græce inſcripti uiſunt.

Θεὸς κάτεισιν εἰς βροτῶν σωτηρίαν.
Πρόελθε κῆρυξ τοῦ τρανῶσαι τὸν λόγον.
Ἅπαντα τἀν σοὶ θαύματος πλήρη πέλει.
Λέγει Γαβριὴλ τὴν γέννησίν σου ξένως.
Πατρὸς τὴν ἀπείθειαν τιμωρεῖν θέλει.
Δίκην δὲ τὴν κώφωσιν εἰσφέρει τάχος.
Ὕπερθεν ὤφθης ἀρετῶν τρισολβίων
Κρείττων προφητῶν, ἴσος τῶν ἀποστόλων.
Μαρτύρων ὤφθης κόσμος πλήρης μάκαρ.
Ἄγγελος τροφῆς παχυρίων τῶν ἐν φύσει.
Γονυπετῶν προστίθει πάντων ὡς ἔθος,
Διδοὺς ἀρξυγὴν τοῖς προσκειμένοις πόθῳ.
Τῇ τιμίᾳ σου θήκῃ τῇ τῶν λειψάνων.
Πραγμάτων ἑλίσσεις τε καὶ στροφὰς βίου,
Ῥῶσιν σώματος θυμηδία πλέκων,
Εὐλογῶν ἄλλους κυβερνῶν ὥς σοι θέμις.
Φέρεις πτέρυγας ὡς ἰσόθεος ἀγγέλων.
Ἔνυλος ὢν ἄϋλος ὡς σωτὴρ ἔφυ. Qui ad uerbũ traducti latinę ſic ſonant.

Deus aduenit in hominũ ſalutem.
Præueni pręco declarare uerbum.
Omnia quę in te, admiratione plena ſunt.
Dixit Gabriel natiuitatem tuam extranee.
Patris incredulitatem punire uult.

Penam autem, loquelę priuationem infert cito
Supra apparuiſti uirtutes ter beatas,
Melior prophetis ęqualis apoſtolis,
Martyrum apparuiſti ornamentũ plenũ beate,
Nõ guſtans cibum qualiuncũq; quę in natura ſunt.
Genu flectens adiuua omnes ut mos eſt.
Prębens auxilium adiacentibus uoto
Honorabili tui thecę relliquiarum.
Negociorum uolutiones & reuolutiones uitæ,
Sanitatem corporis cum letitia ligans.
Benedicens ipſos gubernanſq; ut fas eſt.
Fers alas ut adęquatus angelis.
Materialis exiſtens ĩmaterialis ut Saluator dixit.

Salſulæ. ¶ Ex Perpiniano Salſulas deuenimus quo in loco Hiſpania hodie a Gallia diuiditur. Salſulis ampliſſimã arcem eandemq; munitiſſimã in plano ſitam conſpeximus, quã maximis impenſis & admirando opere noſtra tempeſtate inclytus Hiſpaniarum princeps Ferdinãdus huius nominis quartus ad arcẽdas Gallorum in Ruſcinonẽſem ꝓuinciã atq; adeo in Hiſpaniam irruptiones ędificandam curauit, teneturq; ducentorum ac quinquaginta militũ pręſidio. Diſtant a Perpiniano Salſulę leucas tres. ¶ Inde Galliam ingreſſi per loca quædam ignobilia Narbonem contendimus. Narbo. Ciuitas eſt antiquiſſima in planicie poſita ſolo feraciſſimo ac ubere. Atax fl. Atax fluuius paruorum nauigiorum capax ab occaſu urbem alluit; eandemq; a ſub-

urbio diuidit Aude uulgus uocat. Clauditur & ſubur biũ lapideo muro operis egregii ab ea pſertim parte quæ ad Hiſpaniá uergit ad Salſularũq; ęmulationẽ conditus uidetur. In ſuburbio Narboneñ collegiata Eccleſia eſt tituli ſancti Pauli Narboneñ epiſcopi in qua eiuſdem pontificis corpus pari cleri ac populi cũ ſtodia ſeruatur. Intra urbem eccleſia eſt cathedralis archiepali dignitate decorata diuis martyribus Iuſto & Paſtori ſacra, quorum corpora ſupra altare maius eiuſdẽ eccleſię requieſcunt. Cathedrali eccleſię conti guũ eſt epiſcopiũ quadrato lapide ędificatum, altitu dine inmenſa uiſendũ, regiũ palatiũ exiſtimaueris. ¶ Narbone egreſſi Biterras uerſus iter cępimus, urbẽ uero quod peſtilenti morbo infecta erat ingreſſi ne quaquã ſumus. Eſt autẽ Biterrę ciuitas epiſcopalis lo co ędito qua occaſum reſpicit poſita. Ab eaq; parte flumine alluitur Orobio quod Indigenę corrupto no mine Orb uocant. Diſtat a Narbone leucas quattuor Regio fertiliſſima qualis uniuerſa gallia Narbonẽſis eſt frumenti uini & olei ferax mariſq; cõmodis abun dans. ¶ Ex Biterris Montem peſulanũ peruenimus. Oppidũ eſt inſigne Magaloneñ dioc a Biterris unde cim diſtans leucas monticulo quodam pręſſo inſidẽs adeo ut nõ totum aliqua ex parte conſpici poſſit. Do mus ſunt polito ſtructæ lapide mira celſitudine, uiæ amplę, egregia templa. Monaſteriũ diui Germani ab Vrbano papa quinto ædificatũ primas illic tenet, in

Biterræ.

Orobius fl.

Mõspeſulanus.

cuius eccleſia tabula argentea miri operis (retabulũ uulgus uocat) & frontale maioris arę eadem materia & arte uiſuntur. Eſt & in Monte peſulano gymnaſiũ illud medicinæ annua humanorũ corporũ anatomia percelebre, medicorũ quoq; collegiũ ab eodẽ Vrbano

Lunellũ. papa quinto cõſtructũ. ¶ Ex Monte peſulano Lunellum oppidũ cõtendimus quattuor inde diſtans leucas, tranſitoq; ignobili quodã flumine quod Lunellũ alluit, relictoq; itinere ſiniſtrę manus quod uia regia & frequentiore in Italiã ducit, ad dextram iter cœpimus per littus genuenſe (ſic hodie liguſticam oram uocant) ingreſſuri. ¶ Igit̃ ex Lunello per uallem uiridem/ & ſancti Egidii oppidũ Arelatenſem ciuitatem

Arelate. deuenimus. Eſt autẽ Arelate prima prouincię urbs

Rhodanꝰ fl. magno flumini Rhodano adiacens loco partim plano partim accliui poſita. Diſtat a Lunello leucas. vii. Vrbs eſt uetuſtiſſima archiepãli titulo inſignita, cathedralẽ eccleſiã diuo Trophimo dicatã habens. Fuit aũt Trophimus Arelatẽſis primus epiſcopus aplorũ diſcipulus, de quo Lucas in actibus apoſtolorũ meminit ſic dicens. Comitatus eſt autẽ eũ (haud dubium quin Paulum) Soſipater Pyrrhi beroenſis, Theſſalonicẽſiũ uero Ariſtarchus & Secũdꝰ & Caius Derbęus & Timotheus. Aſiani uero Tity chus & Trophimus. Et in epiſtola ad Timotheũ ſecũda apoſtolus Paulus ſic inquit. Eraſtus remanſit Corinthi, Trophimũ autẽ reliqui infirmũ Mileti. Huius autẽ Trophimi

corpus in eccleſia Arelateñ loco celſiore ac ferreis ia-
nuis cōcluſo argentea theca reconditū ſemel in anno
quarto uidelicet Caleñ Ianuarii, quo die eius feſtum
agitur, publice oſtenditur. Vidimus pręterea intra
ſacrariū eiuſdē eccleſię caput. S. Stephani protomar
tyris a beato Trophimo Arelatem delatum, corpora
itē Deſyderii martyris, Bardulfi abbatis, & alias ſan-
ctorum reliquias, partemq; imprimis ligni uiuificæ
crucis. Intra eandē ciuitatē eccleſia eſt beati Antonii
abbatis ubi corpus eiuſdē reqeſcit mira populoꝝ fre
quentia ac deuotione ſingulis fere diebus ſalutatum
Eſt & cœnobiū ſanctiſſimę Trinitatis in cuius ecclia
corpora uidim9 ſanctoꝝ Iulitę/Cirici/Rochi/Felicis
Fortunati/& Achillei. Extat adhuc Arelate ampliſſi-
mū amphitheatrū, arenas hodie uulgus uocat, in ędi
to urbis loco a Romanis olim cōſtructū. Extra urbē
orientem uerſus eccleſia eſt ſancti Honorati Arelateñ
pręſulis ubi eiuſdem corpus requieſcit, corpora pręte
rea ſanctoꝝ Virgilii & Hilarii eiuſdē urbis epiſcopoꝝ
Eſt & in eadem eccleſia oratoriū in honorem beatæ
uirginis Mariæ a ſancto Trophimo conſtructū, ubi
idem Trophimus primū ſepultus eſt, indeq; in urbē
progreſſu tēpoꝝ trāſlatus, cuius epitaphiū elegiaco
carmine conſcriptū ac lapidi parieti eiuſdem oratorii
affixo inſculptū nos legimus, eſt autē huiuſcemodi.

Trophimus hic colitur Arelatis pręſul auitus, Epitaphiū B. Trophi-mi.
Gallia quem primū ſenſit apoſtolicū.

En hunc Ambroſium proceres fudere niterem
Clauiger ipſe Petrus, Paulus & egregius.
Omnis de cuius ſuſcepit Gallia fonte
Clara ſalutiferę dogmata tunc fidei.
Hinc conſtãter ouans ceruicem Gallia flectit,
Et matri dignum prębuit obſequium.
Inſigniſq; claret ingens in gloria ſemper.
Gaudet apoſtolicas ſe meruiſſe uices.

Ante prędictã eccleſiã beati Honorati area eſt ingens ſepulchris antiquorum chriſtianorum plena, lapidea monumenta ſunt magnorũ ut apparet corporum capacia Remanent adhuc eo in loco nõnulla gentiliũ ſepulchra cũ latinis inſcriptionibus maiori ex parte uetuſtate conſumptis. Sed illud nobis memorabilius uiſum eſt quod ante portam exteriorẽ dictę eccleſię .S. Honorati ad dextrã manũ conſpeximus. Marmorea eſt urna muro adhęrens in cuius fronte tale inſcriptũ legimus epigrãma.

DVLCISSIMO ET INNOCENTIS
SIMO FILIO TANNONIO QVI
D. VIXIT ANN. VI. M. VI. D. VI. M.
TANNONIVS ET VALERIANA
PARENTES FILIO CARISSIMO
ET OMNI TEMPORE VITAE
SVAE DESIDERANTISSIMO.

Salo. ¶ Ex Arelate profecti Salonem Arelatenſis eccleſiæ oppidum peruenimus. Diſtat ab eadem urbe leucas

ſeptem. Inter Arelatem & Salonem campus ille eſt quẽ Melanboriũ Strabo appellat quemq;, ut ipſe ait, uentus uehemẽs terribilis & uiolentiſſimus procellis infeſtat. Quod & nos dum illac tranſiremus re ipſa experti ſumus tanta uentoꝵ ui cęlo alioqui ſereno ex agitati ut uix equis inſiſtere poſſemus, ab incoliſq; didicimus frequentiſſimã illũ locũ uentoꝵ tempeſtatem infeſtare. Intra Salonem eccleſia collegiata eſt diuo Laurentio ſacra ubi eiuſdẽ brachiũ oſtenditur. Melãborius campus.

¶Ex Salone ad Aquenſem ciuitatẽ contendimus leucas quinq; diſtantẽ. Hęc urbs Aquæſextię a Coſmographis nominatur, quę inde ſortita eſt nomẽ quod eam Sextius dux, ut Liuius refert libro ſexageſimo primo (ſi Floro abbreuiatori credimus) redactis in poteſtatẽ Salliis, ubi calidæ erant aquæ ſimul ac frigidæ ædificauit atq; a nomine ſuo ita appellauit. Eccleſiam habet metropolitica dignitate inſignẽ tituli S. Saluatoris in cuius ſacrario caput uidimus ſancti Maximini ſocii. S. Mariæ Magdalenæ q fuit Aqueñ eccleſiæ primus pręſul. Corpus p̄terea beati Mithrii qui in eadem ciuitate pro Chriſto martyriũ pertulit. Brachium itẽ Mariæ magdalenæ. Caput unius ex decem millibus martyribus. Duo capita undecim millium uirginũ. Coſtã unã .S. Sebaſtiani. Tres ueras ſpinas de corona dñi noſtri Ieſu Chriſti. Duas porticunculas de ligno Crucis. In eadẽ eccleſia in maiori choro ad manũ dextrã ſepultus eſt Carolus rex Sici- Aquæſextiæ

liæ & comes prouinciæ cũ huiuſmodi epitaphio.

Epitaphiũ Caroli regis.

Lilia francorum cęleſtia munera regum
Reliquias ueteris Andegauęq; domus,
Occulit iſte lapis, cęlataq; marmora claudunt,
Obruta ſic fatis regia ſceptra iacent.
Hieruſalem & Siculos & ſi per fata liceret,
Aragones poterat noſtra tenere manus.
Sed fortuna diu noſtros ne ferret honores,
Accelerat mortis tempora dira mihi.
Qui legis hoc triſti conſcriptũ marmore carmen,
Dic tibi ſit requies Carole paxq; tibi.

S. Maximini oppidũ.

¶ Ex Aquenſi ciuitate ad oppidũ .S. Maximini qđ diſtat leucas ſex puenimus. Eſt aũt in diœceſi Aquenſi ſitum, monaſteriũ habens locupletiſſimũ prędicatorũ fratrũ in quo eccleſia eſt permagnifica Marię magdalenæ dicata. Eccleſiam intrantibus, ad ſiniſtram manũ capella ſeſe offert, intra capellam ſpelunca eſt ad quam gradibus deſcenditur ferreis clatris munita quo in loco caput beatę Mariæ magdalenæ in armario ferreo multis clauibus obſerato ſumma cura adſeruatur. Facies ipſa tametſi tanta uetuſtate fere cõſumpta, uenerandæ tamen mulieris ſpeciem prę ſe fert. Habet & in fronte pellem adhuc cũ carne quo loci a Saluatore noſtro tactam ferunt cũ in die reſurrectionis eidẽ dixit noli me tangere nondũ .n. aſcẽdi ad patrem meũ. Intra eandẽ ſpeluncã multa ſanctorũ corpora requieſcunt ut apparet ex tabula in eccleſia

pendente ad hunc modũ inſcripta. In pręſenti ſacra eccleſia ſunt tumulata ſeptem corpora ſanctorum de ſocietate dñi noſtri Ieſu Chriſti. Primo fuit tumulata beata Maria magdalena. Deinde. S. Maximinus. Poſtea ſanctus Cedonius cęcus a natiuitate, ſed illuminatus a Chriſto. Sancta Marcella q̃ dixit Chriſto beatus uenter qui te portauit & ubera quæ ſuxiſti. Sancta Suſanna diſcipula ſanctę Marthę, quę tangẽdo fimbriã ueſtimenti Chriſti ſanata eſt ab infirmitate ſua. S. Blaſius &. S. Sifredus q ãbo fuerũt diſcipuli S. Maximini, & multa corpora ſanctoꝝ requieſcũt in hac ſacra eccleſia. ℭ Ex ſancto Maximino per caſtella quędã ignobilia ad Forũ Iulii peruenimus, Fregius hodie uocant. Ciuitas eſt epiſcopalis in ora Narbonẽſi poſita ab occaſu ingẽs theatrũ maxima ex parte collapſum habẽs: ab oriẽte uero aquę ductũ lõgiſſimi tractus pluribus extantib9 adhuc fornicibus pro loci qualitate nunc celſis nunc etiã depreſſis. Superato deinde monte difficillimo circuitus leucarũ quattuor, Canoam oppidulũ, atq; inde Antipolim cõtẽdimus. Seruat adhuc nomẽ oppidum ab incoliſq; Antipol uocatur e regione Nicęę in littore ſitum, ac ob eam rem Antipolis nominatũ. Hoc in loco nõnulla antiquitatis ueſtigia conſpeximus, & in primis theatrum ad occidentalẽ oppidi partem penitus iam collapſum. ℭ Ex Antipoli Nicęã cõceſſimus maritimã & ipam ciuitatẽ, quę tametſi ad radices alpiũ ſita eſt:

Forũ Iulii. Antipolis. Nicæa.

Varus fl. quia tñ ultra Varũ flumen eſt poſita, in Italia cenſeť eſtq; ſub dñio ducis Sabaudię. In ęditiore urbis loco ad meridiẽ arx eſt munitiſſima mari imminens. Arci uicina eſt cathedralis eccl'ia in qua corpus. S. Hoſpi cii abbatis eximie coliť. Eccl'iã & arcẽ murus quadra to lapide cõſtructus unico ambitu circũdat. ¶ Ex Ni

Alpes. Turbia. cęa egreſſi Alpes ſtatim cõſcẽdimus perq; iter arduũ ac pręruptũ Turbiã uiculũ in cacumine alpiũ ſitum deuenimus. Diſtat is locus a Nicęa paſſuum millia

Trophæa Auguſti. nouem. Hic ille eſt locus quem coſmographi Tro phęa Auguſti uocant, corruptũq; ſine dubio apparet nomẽ ut pro Trophęa Turbiam barbara appellatio ne uſus obtinuerit. Extat adhuc in arce eiuſdem loci illa ipſa trophęi inſcriptio, cuius Plinius ſecundus li bro tertio naturalis hiſtorię ad uerbum meminit. Eſt autẽ huiuſcemodi.

IMP. CAESARI DIVI FILIO AVG. PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBVNICIAE POTE STATIS SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS QVOD EIVS DVCTV AV SPICIISQVE GENTES ALPINAE OM NES QVAE A MARI SVPERO AD INFE RVM PERTINEBANT SVB IMPERIO POPVLI RO. SVNT REDACTAE.

Monœcus. ¶ Ex Turbia Monoeci portũ & oppidũ deſpeximus Peninſula q̃dã ẽ exigui ãbit9 a radicib9 mõtis in quo Turbia ẽ ſita ortũ hñs, hęc portũ efficit paruũ quidẽ

illũ neq; magnis nauigiis accõmodũ. Eſt & in ea op-
pidũ exędificatũ cum arce munitiſſima magni in eo
tractu momenti, & qua haud facile inuito loci dño
nauigare quis poſſit. Neq; ignoramus plęroſq; eſſe q
Villamfrancã a Nicęa urbe duobus paſſuũ millibus Villafranca
ad orientẽ diſtantẽ Monœci portũ eſſe uelint nacti
occaſionem quod portus illic ꝓfundiſſimus ac tutiſ-
ſimus cernatur, dicente item Lucano libro primo.
Quaq; ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Vrget rupe caua pelagus: non Corus in illum
Ius habet aut Zephirus: ſolus ſua littora turbat
Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci.
Sed hos in errore uerſari palam eſt, cũ Monœci por
tus is ſit quẽ ex Turbia conſpici aſſeruimus, Hercu
lis aũt portus Villafranca ſine dubio exiſtat, id quod
ex Ptolemęo apparet, cũ loca illa libro tertio hoc ordi
ne deſcribat. Nicęa Maſſiliẽſiũ. Herculis portꝰ. Tro
phęa Auguſti. Monœci portꝰ. Siquidẽ uiſunť & ho-
díe illo ordine Nicęa. Villafrãca. Turbia. Monœcus
Quid quod & Villęfrancę portus nõ circio obnoxi-
us eſt, ſed aphrico potius uento. Cõtra Monœci por
tus circio totus patet ab illoq; acriter infeſtatur. Stra
bo pręterea libro quarto Monœci portum ſtationem
quandã eſſe ait nõ magnarũ neq; multarũ capacem
nauiũ templũ habentem Herculis cognomento Mo
nœci quod is in eo ſolus habitaret, qđ de portu Villę
francę dici nequaq̃ poteſt, cũ maximus ille ſit multa

rūq; ac magnarū nauiū capaciſſimus, quod nos pro‑
priis oculis conſpeximus. Nam cū ex Nicęa quę im
portuoſa eſt uidendi illius portus cauſa quod tā ꝓpe
aderat Villā francā perueniſſem: permultas illic eſſe
naues comperi atq; inter eas nōnullas onerarias, tan
tęq; profunditatis omnibus in locis eſſe portū, ut na
ues quędā nō paruę oppidanis ędificiis eſſent alliga‑
tę, quod nobis uiſum eſt nō parū admirabile. ¶ Igit̄
ex Turbia alpes deſcendentes per pręruptā omnino
ad mare uiā uixq; permeabilē iter egimus. Imminēt
& immanes rupes ac pręcipites quę iuxta mare angu
ſtiſſimos relinquūt tranſitus. Quibus magno labore
Mentonū. ſuperatis Mentonū littori liguſtico impoſitū oppidū
lū deuenimus. Diſtat a Turbia is locus paſſuū mil.
Albintimilium. ſeptē. ¶ Ex Mentono Albintimiliū eodē ſitū littore
loco quidē ędito ac natura munitiſſimo, cōtendim9.
uulgus corrupto nomine Vintimiliā appellat. Diſtat
autem a Mentono paſſuum mil. quinq;. Ciuitas eſt
epiſcopalis, in cuius maxima eccleſia nōnullę ſancto
rum reliquię aſſeruantur, & in primis maxilla beatę
Catherinæ. Maxilla item. S. Blaſii. Digitus ſancti
Ruthuba fl. Nicolai. Extra urbem ultra flumen Ruthubā quod
ab alpibus deſcendens eandē ab oriente alluit, Rodo
riam hodie uocāt, cœnobiū eſt diuo Auguſtino dica
tum in planicie ſitū / ante cuius ueſtibulū partē quan
dā lapideę colūnę cōſpeximus cū huiuſmodi inſcrip‑
tione. IMP. ANTONINVS PIVS FELIX

AVG. PONI CVRA VIT. ❡ Ex Albintimilio ad .S. Romulũ deuenim9, qđ oppidũ ẽ paruũ eiuſdẽ orę loco accliui poſitũ. Planicies quę inter oppidũ & mare interiacet haud magnã amplitudinẽ prę ſe ferẽs, citreis arborib9 tota eſt cõſita. Aſportanť & inde mala ipſa citrea in Galliã Narbonẽ & alias regiones proq; illoꝝ precio nõ parua frumẽti copia eodẽ reportať. Sunt & palmę multis in locis inter citreas arbores inſertę, ex qbus nõ paruos ꝓuẽtus oppidani capiunt. Satis cõſtat palmarũ ramos magno inde numero ab Albingaunio Antiſtite in cuius diœceſi .S. Romuli oppidũ ſitũ eſt ad feſtũ dñicę in ramis celebrandum ex ueteri obſeruatione Romã quotannis mitti. ❡ Ex .S. Romulo per Tabiam & Mauricii portum Dianũ & Araſem oppida & ipa littoralia Albingaunũ epiſcopalẽ ciuitatẽ peruenimus. Sita in planicie urbs eſt quingentos uix paſſus a mari recedens. Ab occaſu autẽ Aſenta flumine alluitur, ſic uulgus hodie appellat, quẽ Plinius Merulã uocat. Solũ eſt fertiliſſimũ ex quo prę cęteris ingens uis cãnabis colligiť. Cathedralis eccleſia diuo Michaeli ſacra. In ea corpus .S. Verani epiſcopi coliť. Eſt & aliud inter eandẽ urbẽ templũ quod .S. Marię de fontibus dicitur, in quo corpus ſancti Benedicti epi requieſcit. ❡ Ex Albingauno Finariũ oppidũ peruenimus ab aeris ſalubritate ſic nominatũ. Titulus eſt Marchionatus nobilis cuiuſdam Genueñ ex familia Carrecta duo prope

S. Romul9.

Albingaunum.

Merula fl.

Finarium.

paſſuum millia a mari diſtans. In maritima Finarii oppidulum eſt templum habens celeberrimum diuę uirgini ſacrum, ſancta Maria de pia dicitur, uariorũ uotorum atq; in primis nauigantiũ anathematis re/fertum ob inſignia miracula quę ob ſingularem fidelium deuotionem ad beatiſſimam dei genitricẽ quæ illo in templo eximie colitᷣ, quotidie deus operatur.

¶Ex Finario Sauonam uerſus pergentes, medio fere

Naulum. itinere Naulum paruam urbem ex altis montibus in littore ſitam conſpeximus, Noli hodie uulgus uo/cat. Hæc portu ac celſis turribus inſignis habetur.

Sauona. ¶Sauonam deinde uentum eſt magnificam ciuitatẽ ac multorum populorum cõmercio frequentiſſimã. Alluitur & hæc Liguſtico pelago portum habens ob longa lapidum mole fluctibus interiecta fabricatũ, multarum maximarumq; capacem nauium. Habet & arcem ad meridionalem plagam ſitu & arte muni tiſſimã. In cathedrali eccleſia quę loco ęditiore eiuſ/dẽ urbis ſita eſt, corpus :S. Octauiani epiſcopi colitᷣ.

¶Ex Sauona per Varagiã Lenſenũ Vtrim ac Seſtrim

Genua. maritima oppida, Genuã Ligurię metropolim con/tendimus. Diſtat a Sauona Genua paſſuum mil. triginta. Ciuitas eſt nobiliſſima in littore ędificata hemicycli ſpeciem prę ſe ferens circuitu paſſuũ quat tuor millium, collibus qui urbi imminent omni ex parte ſubiecta, qua ex re in amplitudinem extendi nequaq̃ potuit pręmentibus hinc monticulis inde

mare ciuitatem ipſam ſubeunte. Videtur autem ad meridiem occaſumq́ꝫ tota expoſita. Arcem habet ad ſeptemtrionē ędítiſſimo loco impoſitā . a gallorum regis nomine & impenſis a gallorꝫ pręfecto tenet̃ du centorꝫ hominū pręſidio. Portū aūt cū nullū natura eſſet, (eſt.n.Liguria fere omnis importuoſa idq́ꝫ Strabone autore) arte ampliſſimum atq́ꝫ eundem munitiſſimū Genuenſes effecere, quamq̄ non tutam omnino ſtationē nauibus pręb et, quippe qui uento aphrico nōnūq̄ infeſtatur, quo ipſe interdū onerarię naues ualidiſſimis licet funibus anchoriſq́ꝫ offirmatę in diſcrimen uenire ſolent. Eſt & nauale in occidentali ſub urbio ędificatum duodecim triremes continens momēto temporis ſi uſus uenerit omni apparatu bellico inſtruendas. Secundum has triremes alię quattuor in portu ſunt remigibus nauticoq́ꝫ inſtrumento munitiſſimę ad piratarum latrocinia, Turcarum pręſertim qui maria omnia infeſtāt facile cōpeſcenda, quibus Andreas Auria uir domi nobilis naualibuſq́ꝫ pręliis ſatis per orbem notus decreto publico præfectus eſt. Hic eſt ille Andreas qui anno ab hinc ſecundo Turcarū piraticam claſſem ſumma felicitate uſus ad Planaſiam inſulā deleuit, ingentēq́ꝫ de hoſtibus prædam Genuā reportauit. Vias habet Genua quę celebriores ſunt ſatis amplas, domos pulcherrimas ad celū fere tendentes. Immenſa eſt populi multitudo, adeo ut præ turba uix per uias incedere quis poſſit.

Arx.

Portus.

Nauale.

Veſtit9 forma & color eadẽ omnib9. Nigras ferunt ueſtes & laneas & ſericeas, neq; facile nobilẽ ab igno bili diſtinxeris, tãta eſt in exteriore cultu inter ciues ęqualitas. Mulieres egregia pulchritudine ꝓfert Ge nua, ſed illas efficit pulchriores tũ ueſtitus ipſe qui ampliorẽ corpoꝝ ſpeciẽ reddit, tũ uero capillamenta ſumma arte ad decorem cõpoſita. Flauos magnopere crines amãt, quamobrẽ plurimũ iiſdẽ rutilandis ſtu dii impendũt. Quin & tenuiſſimas auri bracteas quo ſplendidior coma uideat, capillis nõnunquã inſerũt Eſt & illud peculiare Genueñ fœminis ut ſolę per ui as incedãt nullis comitatę ancillis, utq; diebus feſtis pro foribus turmatim cõſidentes quãornatiſſimę cõſ piciant. Interdũ aũt binę aut ternę matronę quater nęue p urbẽ ambulãt. Florũ manipulos, aut odoran tes herbulas manib9 aut ſinu frequenter geſtant. Ge nuenſes mercatura uiuũt. Nã cũ aſperrimã terrã in

Liguria. colãt qualis omnis eſt Liguria, uictũq; haud regio fa cile pręberc poſſit: neceſſe eſt ut aliunde quęritẽt, quã ob cauſam omnes fere orbis ꝓuincias mari adeunt. Habent .n. & nauiũ ingentiũ, quas uulgo carracas uocãt, & alioꝝ nauigioꝝ nõ paruũ numerũ. Materiã uero nauib9 exędificãdis frequentiſſimã Ligurię mõ tes prębent, quãq̃ arbores ad craſſiores celſioreſq; ma los extruendos ex Gallia & Corſica inſula importãt.

Reliquiæ. ℭ In cathedrali eccl'ia quę diuo Laurentio dicata eſt metropolitica fulgens dignitate, corpus .B. Ioannis

baptiſtę. i. cineres eiuſdē ac oſſa ſemicōbuſta pulcher rimo ſacello ad dextrā eccleſię partē conſtructo adſer uant. Hęc aūt ex Myra Lycię urbe a Genuenſib9 ad uecta ſunt, Anno dñi. M. cxlix. Nā cū a captione An tiochię quo magna claſſe cōtēderāt Aſiaticis chriſtia nis auxiliū laturi, in patriā redirent, ac Patarę quę in ora Lycię ſita eſt ciuitas, appuliſſent Myręā urbē illi ꝓpinquā q̄ mutato a barbaris noīe Stramita nūc dici tur adeūtes, ac corpus .S. Nicolai eiuſdē urbis pōtifi cis ſumma diligētia cōquirentes, cū aſportatū iā inde ab ānis multis didiciſſent, corpus .B. Ioānis baptiſtę incineratū diuino munere ſub altari quodam illic re pertū Genuā detulerunt. Quod & ipm Alexander & Innocētius quartus ſummi pont. cognoſcentes, datis priuilegiis gr̄as & indulgētias cōtinentibus atteſtati ſunt. In eadē eccl̄ia corpus. S. Syri imo Syli potius ter tii Genueñ ep̄i reqeſcit quod ſub maiore ara. B. Lau rentii reconditū primū fuerat cū hmōi epitaphio.

Hic recubat Sylus ſacro baptiſmate dictus,
Cuius terra leuis florida membra pręmit.

Leuatū aūt inde poſtea eſt, ac ſupra eandē arā eminē tiore loco repoſitū. ¶ In ſacrario p̄terea eiuſdē eccl̄ię innumerę ſanctoꝝ reliquię cōtinent, & in primis Ca put. S. Laurentii, Brachiū & tibia eiuſdē, & de crati cula in qua aſſatus fuit. Caput Barnabę apl̄i. Vertex capitis .S. Andreę. Caput .S. Sebaſtiāni martyris. Duo capita Innocentū. Brachiū. S. Matthęi. Brachiū

S.Georgii martyris.Brachiũ.S.Tryphonis.Brachiũ S.Theodori marty.Quattuor brachia Innocẽtũ.Manus dextra.S.Iacobi minoris.Tibia.S.Blaſii.De thure/myrrha/ & auro oblatis dño nr̃o Ieſu Chriſto. Dens quidã magnus beati Chriſtophori.Spatula Danielis ꝓphetę.Manus.S.Patritii.De oſſibus beati Hilarionis.Itẽ uas quodã ex lapide calcedonio ab Innocentio papa octauo eidem eccl'ię donatum. Diſcus eſſe dicit' in quo Herodiadis filia caput Io.baptiſtæ retulit matri ſuę. Eſt item argentea crux miro opere elaborata tãti põderis, ut a quattuor hominibus uix portari queat, in qua nõ parua portio ligni uiuificæ crucis cõtinetur.Hanc a Conſtantinopoli Genuã relatã ferũt. ❡ In eodẽ ſacrario intrantibus ad ſiniſtrã manũ locus ſeſe offert in quo Catinus ille ſmaragdinus per totũ orbẽ diffamatus ſumma cuſtodia adſeruatur.Intra armariũ aũt cõtinet' tribus ferreis occluſum ianuis:quę clauibus tredecim obſerant'. Eſt aũt uas ſexangula figura, digitali craſſitudine, circuitu (ut cõiectari potuit) palmoꝝ quattuor cũ dimidio, altitudine palmi unius in acutũ ſurſum deorſum tendens rotunda baſi deſinẽs duas hñs anſas, ex uiridanti totum ſmaragdo pręcii incõparabilis ſumma arte laboratum. Ferunt Genuenſiũ annales a Cęſarea Paleſtinę anno ab hinc quadringẽteſimo ſupra nonũ ac decimũ Genuã relatũ. Nam cũ Balduino Hieroſolymoꝝ regi in expugnanda Cęſarea, ingenti parata

Catinus ſmaragdin.

claſſe Genuenſes ſuppetias tuliſſent, eiſq; ex pacto tertia pars predę deberetur, catinũ illũ ſmaragdinũ in quodã Cęſareę tẽplo tũc repertũ in ſortẽ illos aiũt recepiſſe, eundẽq; domũ redeuntes eccleſię ſuę dono dediſſe. Sed illis noſtrę .i. Hiſpanicę hiſtorię aperte refragantur, in quibus legimus Alphonſum huius nominis octauũ qui ſe Hiſpaniarũ Imperatorẽ appellauit, extremo regni tẽpore Almeriã quę in ora eſt Bethyce, terra mariq; acriter oppugnatã ui de Sarracenis recepiſſe, claſſeq; Genuenſium in eadẽ obtinẽda urbe nõ mediocriter eſſe adiutũ, ciuitatiſq; dñio ſibi tm̃ retento, prędã omnẽ quę ab hoſtibus capta fuerat ita diuiſiſſe, ut ſpoliisquotquot fuerãt in unũ coactis locũ, diſcus ex lucidiſſimo ſmaragdo qui forte Almerię repertus fuerat altera ex parte poneretur, Genuenſibuſq; ob egregiã eo bello regi nauatã operam optionẽ eſſe factã alterã predę partẽ eligendi, ſmaragdinũq; diſcũ utpote rem pręcii ineſtimabilis ab eiſdẽ electum eſſe, tãtoq; dono letiores in patriã reuertiſſe.

¶Intra eandẽ eccliã ꝑpe ſacellũ. B. Io. baptiſtę infixã colũnę uidimus ęnęã tabulã uetuſtiſſimã lr̃is maiuſculis inciſam, quę ut ex ſubſcriptione apparet efoſſa fuerat ꝑpeGenuã in ualle Porciferę (amnis ẽ nomẽ) ad iugi radices ãno ab hinc ſextodecimo, ideſt humanę ſalutis. M. D. VI. cui9 exemplũ ſumma diligẽtia trãſcriptũ, ac cũ eadẽ tabula exactiſſime collatũ tam etſi lõgiuſculũ erat, in gratiã tñ ãtiquitatis nulla lr̃a

addita detracta ue huic nr̃o Itinerario inſerere uolui mus Sententiã eſſe apparet Romanoꝝ antiquiſſimã fines Genuẽſis agri terminantẽ teñoris hui9cemodi• ¶ Q. M • Minutieis • Q • F. Rufeis de controuor ſieis inter Genuateis & Veiturios in re præſente cognouerunt: & coram inter eos controuorſias con poſeiuerunt; & qua lege agrum poſſiderent, & qua fineis fierent, dixſerunt eos fineis facere, terminoſq; ſtatui iouſerunt:ubei ea facta eſſent Romã coram ue nire iuſerunt • Rome coram ſententiã ex Senati Cõ ſulto dixerunt eidib • decemb • L • Cæcilio • Q • filio Q • Muutio • Q • F• Cos• Qua ager priuatus Caſteli Veiturioꝝ eſt, quem agrũ eos uendere heredẽq; ſeq licet: is ager uectigal nei ſiet• Langatium fineis agri priuati ab riuo infimo qui oritur ab fontei in Mãni celo ad flouium Edem ibi terminus ſtat• Inde flouio ſuſo uorſum in flouiũ Lemurim•Inde flouio Lemuri ſuſum uſq; ad riuom Comberane • Inde riuo Com beranea ſuſum uſq; ad conualem Cæptiemã, ibi ter mina duo ſtant circum uiam poſtumiã• Ex eis termi nis recta regione in riuo Vendupale. Ex riuo Ven dupale in flouiũ Neuiaſcã • Inde dorſum flouio Ne uiaſca in flouium Procoberã • Inde flouio Procobera deorſum uſq; ad riuom Vinelaſcam infumũ: ibei ter minus ſtat•Inde ſurſum riuo recto Vinelaſca:ibei ter minus ſtat .i. propter uiã poſtumiã • Inde alter trans uiã poſtumiã terminus ſtat • Ex eo termino quei ſtat

Exemplum æneæ tabulæ.

trãſuiã poſtumiã recta regione in fontẽ in Manicelũ. Inde deorſum riuo quei oritur ab fonte in Manicelo ad terminũ quei ſtat ad flouiũ Edem agri poplici qđ Langenſes poſident: hiſce finis uidentur eſſe: ubi cõfluont Edus & Procobera ibei termin9 ſtat. Inde Ede flouio ſurſuorſum in montẽ Lemurino infumo: ibei terminus ſtat. Inde ſurſum uorſum iugo recto mõte Lemurino: ibei terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto Lemurino: ibei terminus ſtat in monte Procauo. Inde ſurſum iugo recto in montẽ Lemurinũ ſummũ ibi terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto in caſtelum quei uocitatuſt Alianus ibei terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto in mõtẽ Louentionẽ ibi terminus ſtat Inde ſurſum iugo recto in mõtẽ Apeninũ quei uocatur Boplo ibei terminus ſtat. Inde Apeninũ iugo recto in montẽ Tuledonẽ ibei terminus ſtat. Inde deorſum iugo recto in flouiũ Veraglaſcã in mõtẽ Berigienam infumo ibei terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto in montẽ Prenicũ ibi terminus ſtat. Inde dorſum iugo recto in flouiũ Tulelaſcã ibi terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto Bluſtiemelo in mõtẽ Claxelũ ibi terminus ſtat. Inde deorſum in fontẽ Lebriemelũ ibi terminus ſtat. Inde recto riuo Eniſeca in flouium Porcoberã ibi terminus ſtat. Inde deorſum in flouiũ Porcoberã ubei conflouont floui Edus & Porcobera ibei terminus ſtat. Quẽ agrũ poplicũ iudicamus eſſe: eum agrũ Caſtelanos Langenſes Veiturios poſidere

fruiq; uidetur oportere: ꝓ eo agro uectigal Langenſes Veituris in poplicū Genuā dēt in ānos ſingulos VIC. N. CCCC. Sei Langenſes eam pequniam non da būt neq; ſatisfacient arbitratuu Genuatiū, quod per Genuenſes mora non fiat quo ſetius eā pequniā aci- piant: tū quod in eo agro natū erit frumenti partem uicenſumā uini partē ſextā Langenſes in poplicū Ge nuā dare debento in annos ſingolos. Quei intra eos fi neis agrū poſedet, Genuas aut Viturius quei eoꝝ po ſedeit. K. Sextil. L. Caicilio. Q. Muutio. Coſ. eos ita poſidere colereq; liceat, eus quei poſidebunt uectigal Langenſibus pro portione dent: ita uti ceteri Lāgen ſes quei eoꝝ in eo agro agrū poſidebunt fruenturq;. Præterea in eo agro ni quis poſideto niſi de maiore parte Lāgenſiū Veiturioꝝ ſententia: dū ne aliū intro mitat niſi Genuatē aut Veituriū colendi cauſa. Quei eoꝝ de maiore parte Lāgenſiū Veituriū ſententia ita nō pebit: is eū agrū nei habeto uiue fruimino. Quei ager cōpaſcuos erit: in eo agro quo minus pecuaſcere Genuates Veiturios que liceat ita utei in cetero agro Genuati cōpaſcuo ne quis prohibeto: niue quis uim facito: neiue ꝓhibeto quo minus ex eo agro ligna ma teriāq; ſumant utanturq;. Vectigal anni primi. K. Ia nuaris ſecūdis Veturis Langenſes in poplicū Genuā dare debento. Quod āte. K. Ianuaris primas Langen ſes fructi ſunt eruntq; uectigal inuitei dare nei deben to. Prata quę fuerunt proxuma faeniſicei. L. Cæcilio

Q.Muutio Coſ. in agro poplico quē Vituries Lagen ſes poſident: & quē Odiates & quem Dectunines & quem Cauaturineis & quē Mentonines poſident: ea prata inuitis Lāgenſib9 & Odiatibus & Dectunineb9 & Cauaturines & Mentonines quē quiſq; eoꝝ agrū poſidebit inuiteis eis ni quis ſicet: niue paſcat: niue fruat. Sei Langēſes aut Odiates aut Dectunines aut Cauaturines aut Mentonines malent in eo agro alia prata inmitere defendere ſicare, id uti facere liceat dū ne ampliorē modū pratoꝝ habeāt quā proxuma æſtate habuerunt fructiq; ſunt Vituries. Quei cōtro uorſias Genuenſiū ob iniourias iudicati aut dānati ſunt, ſei quis in uinculeis ob eas res eſt: eos omneis ſoluei mittei leiberiq; Genuēſes uidet́ oportere ante eidus Sextilis primas. Si quoi de ea re iniquom ui- debitur eſſe, ad nos adeāt primo quoque die & ab om nibus cōtrouorſieis & hono. publ. li. leg. Moco. Me ticanio Meticoni .F. Plancus Peliani Pelioni .F.

¶ Hactenus ænęa tabula, in qua pręter antiquā illā elegantiā & orthographiā multis in locis ab ea quā poſtea uſus obtinuit diſſidentē, illud adnotandū eſt eaſdē dictiones uario modo inſcalptas illic repertas eſſe. Siquidē & iouſerunt ſcriptū legitur & iuſerunt & dixſerunt & dixerunt, & ſuſum & ſurſum, & Pro cobera & Porcobera, & Genuates & Genuenſes, & Langates & Lāgenſes, & alia ad hunc modū nōnulla Qua de re lectorē admonendū eſſe cenſuimus, ne id

librariorũ negligentia putaret accidiſſe. ¶ Sunt & aliꝯ intra Genuã eccleſię in quibus ſanctorũ reliquiæ adſeruantur, & in primis eccleſia. S. Matthęi quæ in platea Aurienſiũ ſita eſt ſub cuius maiore ara corpus B. Anaſtaſię uirginis & martyris Cõſtantinopoli ad uectum requieſcit. Corpora itẽ ſanctorũ martyrum Mauri & Eleutherii, & cineres. SS. martyrũ Maximi & Pelagii in eadẽ eccleſia cõtinent. ¶ In eccl'ia p̃terea S. Syri corpus ipius recõditũ eſt, & corpora ſanctorũ confeſſorũ Felicis Romuli & Valentini. ¶ Prope eccleſiã cathedralẽ ubi paululũ aſcenderis, palatiũ ſeſe offert publicũ ingentẽ ſub dio areã cõtinens. Hoc in habitat Octauianus Fregoſus uir ſtrenuiſſimus Genuẽſiũ reipu. auſpiciis gallorũ Regis gubernator trecentorũ hominũ pręſidio ſeptus. In palatio cũ fratre habitat Federicus Fregoſus Salernitanus Archipræſul litterarũ egregius cultor, gręcęq; ac latinę linguæ per quã eruditus cõſilio & autoritate fratri in patriæ gubernatione adiutor. ¶ Genuenſiũ ditionis tota ora Liguſtica eſt a Corui (quod uocãt) promontorio uſq; ad Monœci portũ. Cõtinet aũt id littus millia paſſuũ ducenta, in cuius medio ipſa ſita eſt Genua, cui tãq̃ matrici ac principi omnes eę ciuitatesquę in Liguria uiſuntur, innumera pręterea caſtella ac uici parent. Corſicã itẽ inſulã in mari Liguſtico Genuenſes poſſidẽt, & in ora Ionię Chiũ. Felices inquã homines niſi mutuis certãtes odiis dũ alterũ alteri cedere inhono

rum ducunt, eas inter ſe factiones ſuſcitaſſent, quæ ipſam rempublicã qua nihil cariusillis eſſe debuiſſet, prope modum euerterunt. Sed de Genua hactenus.
¶ Inde pfecti per Liguſtica oppida tã maritima quã etiã mediterranea Sarzanã peruenimus. Diſtat a Genua Sarzana paſſuum millia ſexaginta, a mari uero duobus tm̃ millibus. Ciuitas eſt epãlis ſiqdẽ Lunenſis ecclĩa in eandẽ tranſlata eſt diruta iã inde Luna antiquiſſima ciuitate & ad mare poſita. In cathedrali ecclĩa quę diuę uirgini dicata eſt, corpus beati Baſilii Luneñ epĩ ſumma ueneratione colitur. In eadem eccleſia Sacellũ uiſit Thomę aplo ſacrũ. Hoc Philippus Cardinalis Bononieñ Nicolai papę quinti germanus frater (fuerat ex Sarzana uterq;) cõſtruxit dotauitq;. In hoc ſacello mater Nicolai .v. ſepulta eſt. cuius epitaphiũ ob rarũ felicitatis exẽplũ addendũ hic cenſuimns, eſt aũt huiuſcemodi. Andreola de Calandrino Nicolaum .v. Pont. Max. ſedentẽ, & Phi lippum Cardi. Bononieñ maiorẽ pœnitentiarium ex ſe natos Romę materno affectu ſalutauit. Spoleti moriens eiuſdẽ Car. pietate in patriã delata humili hoc tumulo felix tanta prole quieſcit. Vix. Ann. lxxx. obiit ann. M. cccc. li. ¶ Ex Sarzana per Maſſam epãlem ciuitatẽ & oppidũ Petrã ſanctã Lucã cõceſſimus. Diſtat a Sarzana Luca millia paſſuũ duo ſupra triginta. Ciuitas eſt libera loco plano licet nõ admodũ feraci ſita, epãlem hñs eccleſiã ampliſſimã ac pulcherrimã diuo Martino dicatã in qua multa ſanctorum

Sarzana.

Epitaphiũ. matris Nicolai papæ.

Luca.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE ROMA

corpora requieſcunt, & in primis corpus .B. Reguli epi Populonieñ & martyris. Corpus •S•Agneli abbatis•Corpus •S•Lucinę matronę Romanę•Corpus.S• Benedicti presbyteri•Corpora•SS•Vincentii,&Benigni, Iaſonis,Mauri, atq; Hilarię martyrũ • Corpora item •SS•Remedii,& Auertanis epiſcopo℞•In eadẽ eccleſia ſepulchrũ cernit̃ Mathildis comitiſſę illius inquã Mathildis quę opulentiſſimo legato Romanę eccleſię patrimoniũ auctius reddidit • Quanq̃ ſunt q dicãt nõ eo in loco,ſed in monaſterio •S•Benedicti pmagnifice ab ea ędificato quod duodecim paſſuum millibus diſtat ab urbe Mantua,ſepultã eſſe.Sunt & alię intra Luceñ ciuitatẽ ecclĩæ i qbus ſancto℞ corpora uiſuntur•Siquidem in ecclĩa •S• Michaelis quę in maximo foro ſita eſt collegiũ canonico℞ hñs,corpus iacet .S•Dauini cõfeſſoris.In eccleſia uero•S•Paulini eiuſdẽ corpus requieſcit. Corpora itẽ •SS•martyrum Valerii/Tiburtii/Valeriani/ & Maximi/ Theobaldi & Lucę• In eccleſia •S• Fridiani epi & cõfeſſoris corpus eiuſdẽ iacet,Ricardi prętera cõfeſſoris & Caſſii epi, & Fauſtę uirginis• In eccleſia •S• Alexandri corpus eiuſdẽ• In eccleſia .S•Ioãnis corpus •S•Pantaleonis martyris•In eccleſia •S•Dominici prędicato℞ fratrũ inſtitutoris,Romani martyriscorpus.In eccleſia S• Bartholomæi in ſilice quę eſt in ſuburbio, corpus S• Pontiani martyris• In eccleſia •S• Iuſtinę,corpus Sylai epi & confeſſoris•In eccleſia •S•Donati,corpus S• Theodori epi Lucenſis• In eccleſia •S• Petri extra

muros corpus .S. Syneſii martyris. Hoꝝ aũt omniũ diuoꝝ faſtos dies quotannis Lucenſis eccleſia ſolet ce lebrare. ¶ Luca diſcedentes Senas uerſus iter acturi, Fuſeciũ oppidulũ Arno flumini adiacens puenimus Scaphis deinde traiecto flumine quãquã paſſuũ mil lia uiginti a recto itinere flectere uidebamur, ne ta mẽ Florentia inclyta urbe nõ cõſpecta ꝓgrederemur mutato cõſilio ad ſiniſtrã uerſi per Montem lupum Emporiũ & Laſtrã Florẽtiã cõceſſimus. ¶ Eſt autem Florentia ciuitas Ethrurię ampliſſima plano loco ędi ficata. Hãc Arnus fluuius mediã fere interluit quat tuor magni operis pontibus intra urbẽ iunctus. Vias habet lõgitudine & latitudine inſignes permagniſq; lapidibus ſtratas, celſa pręterea domorum frontiſpi cia quę &ipa lapide ꝑpolito maiori ex parte ędificata uiſunt. Templũ in ea urbe eſt celeberrimũ diuę uir gini ſacrũ metropolitica fulgens dignitate, hoc ex trinſecus marmoreis lapidib9 albis ac nigris pulcher rima uarietate incruſtatũ cernit. Turris qua campa ne cõtinent eodẽ fabricata opere immẽſa celſitudine uiſenda eccleſię proxima eſt media interiecta uia. In hac eccleſia innumerę ſanctoꝝ reliquię cõtinẽt Apo ſtoloꝝ uidelicet Martyrũ/Cõfeſſoꝝ/ac Virginũ. Cor pora pterea .SS. Zenobii & Podii eiuſdẽ urbis epoꝝ & .SS. Eugenii & Creſcentii confeſſorũ. E regione maximi templi eccleſia eſt rotunda Ioãni baptiſtę ſa cra, hanc baptiſterium appellant, tota & hęc marmo rea tres habẽs ianuas quas ęneę caluę operis egregii

Fuſecium.

Florentia.

occludũt. In medio illi9 ecclię baptiſteriũ e marmore lucidiſſimo poſitũ uiſitur. In hoc Florentini omnes baptiſmi lauacrũ percipiũt, neq; alibi quiſq̃ p̃ter quã in hoc baptiſterio aquis ſalutaribus tingitur. In hac ecclia Balthaſar Coſſa Ioãnes quondã Papa. xxiii. ſepult9 eſt nobili monumẽto cũ huiuſmodi epitaphio IOANNES QVONDAM PAPA XXIII. OBIIT FLORENTIAE ANNO DOMINI. M. CCCC. XVIIII. IX. CALENDAS IANVARII. Habet Florentia parrochiales ecclias quattuor & quadraginta, e qbus nõnullę ſunt collegiatę. Has aũt oẽs & pulchritudine & ſtructura ſancti Laurẽtii baſilica excellit a Medicęo℞ illuſtri familia ędificata quę & ip̃a collegiũ canonico℞ habet. Vidimus intra illã ecclĩã pulcherrimo ſacello magni illius Coſmi de Medicis uiri opũ affluentia famigeratiſſimi marmoreũ monumentũ cũ hmõi inſcriptiõe DECRETO PVBLICO PATER PATRIAE. Hic ille eſt Coſmus qui filiũ habuit Petrũ, nepotẽ Laurentiũ, pronepotẽ uero Ioannẽ, qui nr̃a tempeſtate ob uitę integritatẽ moreſq; ſanctiſſimos poſt Iuliũ Papã. ii. ex Diacono Cardinali primario octauũ ac triceſimum agens annũ, cõmuni Patrũ cõcordia totiuſq; xp̃ianæ reipu. mirabili applauſu ad ſummũ pontificatũ euectus eſt, ac LEO. X. appellatus. Viro℞ ac mulierũ cœnobia ſeptuaginta & ſex intra urbẽ Florentiã & in ſuburbanis ſunt. Xenodochia numero octo ſupra triginta. In palatio publico eiuſdẽ ciuitatis Euangeliũ

B. Lucę gręce conſcriptũ oſtenditur, putantq; ipſius Euangeliſtę autographũ. Mõſtrant̃ itẽ & pandectæ illę archetypę iuris ciuilis ideſt digeſtorũ libri latino ſermone a Iuſtiniano Cęſare compoſitę, utraq; enim lingua ideſt & gręce & latine idem liber eſt ęditus. Nutrit prętera Florentia leones ex publico magno numero, eſtq; ciuitatis inſigne leonis aurata imago quãq geſtant & lilii rubeũ florẽ ad urbis nomẽ alludentes. Ditiſſimus ſupra modũ populus ut qui terræ abundent fructibus, & ingenio ac induſtria maximã ſibi pecuniarũ uim cõparẽt. Nemo illic ocio uitã tranſigit, ſed mercaturę aut artificio intenti omnes, neq; probro nobilitati dat̃ rem familiarem honeſtis artibus auctiorẽ reddere. Litteras & gręcas & latinas ab incunabulis Florentini perdocent̃, neq; rem militarẽ negligũt, utpote qui armis ac potẽtia bonã Ethrurię partẽ in poteſtatẽ redegerint, redactã fortiſſime tuea̅tur. Mulieres pulcherrimas habet Florentia id qđ uniuerſę fere italię cõmune eſt. Naturalem autẽ italicarũ fęminarũ pulchritudinẽ ſplẽdidus cultus auget qua ex re externos in ſui admirationẽ facile cõuertũt cũ humana effigie auguſtiores eſſe uideant̃: De Florentia aũt hactenus dictũ ſit. ¶ Inde profecti p ſancti Caſſiani oppidũ ac Pogiũ qui Pontii dicit̃ Senas deuenimus quę urbs duob9 ac triginta millibus paſſuũ a Florẽtia ſeiungit̃. Ciuitas eſt pmagnifica loco partim plano partim accliui poſita. Intrantibus antemuralis portã area ſeſe nobis obtulit ſatis ampla ad por-

Sena.

tã ipam ciuitatis ptingens. In huius areę medio colũ
nã uidimus marmoreã, huic lapis erat impoſitus ab
ea parte quę Florentiã reſpicit imperatoriis inſignib9
ac Portugallenſiũ regũ inſculptus, altera aũt ex par-
te ideſt Senas uerſus talẽ cõtinebat epigrãma. Cęſarẽ
Epigrãma. Federicũ .iii. Imp. & Lyonorã ſponſam Portugallię
regis filiã hoc ſe primũ ſalutauiſſe loco lętiſq; inter ſe
ſe cõſultaſſe auſpiciis marmoreũ poſteris indicat mo
numentum. A. D. M. CCCC. LI. VII KAL.
Martias. Eccleſiam habet Sena ſatis pulchram me-
tropolitica dignitate inſignẽ diuę uirgini ſacram. In
hac ſacellũ eſt .B. Ioãnis baptiſtę ex pario extructũ
lapide in quo dextrũ pręcurſoris brachium peculiari
Seneñ Senatus cuſtodia ſeruat̃, neq; niſi ſemel in an
no idq; in eius feſtiuitate hoc eſt .viii. Calen. Iulii
publice oſtendit̃. Iuxta hoc ſacellum bibliotheca ędi
ficata eſt muros hñs hiſtoria Pii papę ſecũdi ex nobi
liſſima eiuſdẽ urbis picolomineoꝝ familia ꝓgeniti in
trinſecus depictos. E regione cathedralis ecclię Xeno
dochiũ illud eſt p totũ orbem memoratũ qđ ſanctæ
Marię dela Scala dicit̃. Hoc uiginti aureoꝝ miliũ an
nuos reddit9 poſſidere aiũt, idq; omne neq; unico tm̃
nũmo reſeruato pietatis operibus quotãnis impẽdi.
In quodã aũt ſacello ecclię eiuſdẽ Xenodochii q̃ am-
pliſſima eſt ac deaurato cooperta tecto, unus e clauis
q̃bus Saluator noſter cruci affixus eſt adſeruatur. Ha
bet & Sena Academiã pcelebrẽ ideſt gñale ſtudiũ un
de & cõplures magni in re litteraria nõis hactenus ꝓ

dierunt,& cultiores indies ꝓdeunt. Quod illi ciuitati cũ multis Italię urbibus cõmune eſt, in qbus litteraꝝ ſtudia maxime florent. Siquidẽ ad cęteras felicitates illa uel pͨipua Italię accedit, qđ omniũ bonarũ artiũ domiciliũ nõ ſecus ac illa quondã Gręcia iure poteſt appellari. ¶ Ex Sena p Luſignanũ, Boncõuentũ, Sanctũ Quiritiũ, ac Pontẽ Sentinũ ad Aquã pendentẽ, (ſic oppidũ hodie nominatᷣ qđ Ptolemæus Aquulam uocat) & Vulſiniũ lacui qui Vulſinus dicitᷣ impoſitũ iter fecimus. Vulſinii corpus beatę Chriſtinę uirginis & martyris continetᷣ, q̃ eo in loco ꝓ fidei cõfeſſione in lacũ magno grauata pondere ab impiis cõiecta cum diuina uirtute liberata eſſet, uariis cruciatibus afflicta ſagittis tandẽ confecta eſt. ¶ Ex Vulſinio ad Mõtẽ Faliſcoꝝ deuenimꝰ q corrupta appellatiõe Mõte flaſcon nũc dicitᷣ. Oppidũ quidẽ nobile loco ędito ſitũ intra quod eccl̃ia eſt Margaritę uirgini ſacra ubi eiuſdẽ corpus paucis ab hinc ãnis repertũ ſumma ueneratione colitᷣ. Eſt & alia eccl̃ia que .S. Flauiani appellatᷣ. Hic aũt Flauianus cum Hadriano imperante illius oppidi pręfectũ ageret, ꝑ xp̄i nomine martyriũ ptulit, eiuſq; caluaria illic oſtenditᷣ. Diſtat id oppidũ a Senis mil. paſ. lvii. ¶ Ex monte Faliſcoꝝ Viterbũ conceſſimus quę ciuitas eſt haud uetuſti nõis media planicie eaq; arenti (quãq̃ intra urbẽ nobiles uiſuntᷣ fontes) ędificata. Diſtat a Mõte faliſcoꝝ mil. paſſ. viii. Eccl̃ã habet ep̃ali dignitate inſignẽ, in qua corpora SS. Valentini & Hilarii requieſcũt. Corpora itẽ Eu

Aquula.
Vulſinium.
Mõs faliſcorum.
Viterbum.

genii, Narciſſi, Argei, & Marcellini, Papatę & Trã quillini martyrũ. Hęc Longula a coſmographis uocat͏̃, ſiquidẽ Viterbũ noua appellatio eſt id qđ ex tabula marmorea apparet lõgobardicis lr̃is inciſa quę paucis ãte ãnis in agro Viterbẽ reperta eſt, qua beneficia i Viterbũ & alia Ethrurię loca Deſiderius Lõgobardoꝝ rex memorat, in qua ſic legit͏̃. Et ut ſub uno muro cingãt ſua tria oppida Longulã, Vetuloniã, & Turrenã Volturnã dictã Ethruriã, totãq; urbem nr̃a adiectione Viterbũ ꝓnunciẽt. Eſt & in eadẽ ciuitate monialiũ cœnobiũ tituli .S. Roſę in cuius eccl'ia corpus eiuſdẽ uirginis integrũ oſtendit͏̃, pręſidioq; eſſe parturientib9 pro cõperto habetur ſi cingulo aliquo pręcingant͏̃ quod corpus .S. Roſę tetigerit. Qua ex re cingula tũ lanea tũ ſericea, interdũ etiã aureo aut argenteo cõtorta filo quę ſanctum tetigere corpus in hũc uſum ab eodẽ cœnobio accepta p totũ orbẽ aſportant͏̃. ¶ Ex Viterbo aũt ſuperato Ciminio mõte, Rõcillionẽ cõceſſimus. Montẽ deinde Roſulũ, Baccanas Inſulã, ignobilia qdẽ loca licet ſolo feraciſſimo poſita prętereuntes, Romã tandẽ peruenimus quinto Idus Februarii An. Do. M. D. XXI. Pont. S. D. N: Leonis Papę decimi Anno octauo. Finis.

Ciminius mons. Roncillio. Roma.

Impreſſum Romæ in Campo florę per Marcellum Silber al's Franck An. Do. M. D. XXI.